

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Super Epistolam B. Pauli Apostoli Ad Galatas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75090](#)

& solitudinis, maris ac falsorum fratum pericula A sustinentem, frumentum jejuniis ac vigiliis corpus, sustinentem frigoris, & nuditatis arumnam, ad Ecclesiarum custodiam vigilanter, & pastoraliter exercentem, ad tertium cælum raptum, rursumque cum in Paradisum raptum, & audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui, & cum Satanae Angelo ad tentandum conceditur orat, ut eximi debeat, & non exauditur, sicut ipse dicit: *Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carni: mea, Angelus Satana, ut me colaphizet: proper quod iter Dominum rogavi, ut discederet a me.* Hujus cum initia conversationis apicio, perpendo quod ei superna pietas cælos aperit, fessaque illi Iesu de sublimi ostendit. Qui lumen corporis ad tempus perdidit, lumen cordis in perpetuum accepit: ad Ananiam mittitur, vas electionis vocatur, & tamen de civitate eadem, quam post visionem Iesu ingressus fuerat, fugiens recedit: sicut ipse testatur, dicens: *Damasci prepositus gentis Areæ regis custodebat civitatem Damascorum, ut me comprehendenter, & per fenestram in spora dimissus sum per murum, & sic effugi manus ejus.* Cui licenter dicam: O Paule, in cælo jam Iesum conspicis, & hominem in terra fugis: in Paradisum duceris, secreta Dei verba cognoscis, & adhuc à satana Angelo tentaris? Unde sic fortis, ut ad cælestia rapiaris? Unde sic infirmus, ut hominem in terra fugias, & adhuc à satana angelō adversa toleres? quia ecce qui te sublevarat, rursus te subtilissima mensura moderatur: ut & in miraculis tuis praedices nobis virtutem Dei, & rursum in timore tuo reminisci nos facias infirmitatis nostræ. Quia tamen infirmitas, ne in desperationem nos pertrahat, cum pullat, dum in infirmitate tua Dominum rogaris, quia auditus non es; nobis quoque locutus es quod audiisti: *Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur.* Aperta ergo Dei voce ostenditur, quia cultus est virtutis infirmitas. Tunc quippe bene interiorius custodimur, cum per dispensationem Dei tolerabiliter tentamus exterius: aliquando vittis, aliquando pressuris, & persecutionum adversitatibus. Qui vero mentem certamini vult ante tentationis certamen parare, adversa neque longè adhuc posita debet cogitando prænoscere, ne fortasse valeant improvisa superare. Unde D Paulus discipulos admonebat, cum diceret: *Vos metipos tentare: si sis in fide, ipsi vos probate.* Ac si aperte præcipere, dicens: Certamina persecutionum ad mentem reducite, & vestri cordis intima atque occulti pensantes, quales inter supplicia existere valeatis, inventite. Paulus ergo Prædicator egregius, qui raptus ad tertium cælum fuerat, arcana paradisi penetraverat, esse post revelationem tranquillus & intentatus solebat. Sed quia omnipotens Deus terminos constituit homini, qui non poterunt præteriri: & elevavit hunc ad cognoscenda sublimia; & reduxit iterum ad infirma toleranda, ut modi sui mensuræ apisciens, dum securitatem comprehendere conaretur, & non posset, ne per elationem extra se iret, per humilitatem cogeretur intra suos semper terminos redire. Non inquit itaque electi Dei in virtutibus proficere conantur, & quædam dona percipiunt. A quibusdam vero repulsi in imis jacent. Nemo est enim, qui tantum virtutis apprehendat, quantum desiderat: quia omnipotens Deus interiora discernens, ipsis spiritualibus profectibus modum ponit: ut ex hoc homo, quod apprehendere conatur, & non valet, in illis se non elevet, quæ valet.

In expos. B  
tob. 31 c. 16  
circ. med.

2. Cor. 17.

## CAPUT XXIX.

Factus sum inspiens.

1. Cor. 12. c

**I**usti & perficiuntur bona sua detegunt: nisi Ieos aut proximorum utilitas, aut certè nimia necessitas cogat. Unde Paulus quoque Apostolus multa de se fortia pro discipulorum suorum ædificatione narravit, sed haec narrando minime deliquit: quoniam à veritatis tramite, & attestatione certa, & corde humili non recellet. Qui vero necessitatè cogente vera de se bona loquitur: tantò magis humiliati jungitur, quanto & veritati sociatur. An idem Paulus non fuit, quando veritatis æmulatione contra falsos Apostolos tot de se discipulis fortia gesta narravit? Cui nimurum veritati inimicus existeret, si abscondendo virtutes proprias prædicatores errorum prævalere permisisset. Vnde etiam cum virtutes suas Corinthiis enumerasset, adjunxit: *Factus sum inspiens: vos me cogisis.* Fit autem aliquando, ut necessitate compulsi, in bonis, quæ de se referrunt, non aliorum utilitatem, sed suam requirant: sicut beatus Job facta sua enumerat, dicens: *Oculus* <sup>1ob. 29.</sup> *fui cævo, & pes clavido. Pater eram pauperum, & causam, quam neziebam, diligenterme investigabam: & multa alia, quæ sepè egisse se commemorat. Sed quia in vulnere doloris positus, ad amicis increpantibus impie egisse, & violentus proximis atque oppressor pauperum fuisse dicebatur: vir sanctus inter flagella Dei, & humanæ increpationis verba deprehensus, mentem suam graviter concutii, atque ad desperationis foveam conspexit impelli: qui jamjamque cadere poterat, nisi ad memoriam sua bene acta revocasset: ut ad spem animi reducereetur, ne oppressus verbis, & vulneribus in desperatione periret. Quod ergo sua bona enumerat, non innotescere alii quasi ex laude desiderat, sed ad spem animum reformat. Justi itaque cum virtutes suas, quas habent infirmis loquuntur, reprehensibles non sunt: quia per vitam suam, quam referrunt, aliorum animas ad vitam querunt.*

Finis Exposit. Super Epist. 2. ad Corinthios.

## INCIPIVNT CAPITVLÀ

DE EPISTOLA B. PAVLI APOSTOLI

ad Galatas

- 1 Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.
- 2 Nōtum vobis facio Evangelium, quod evangelizatum est à me.
- 3 O infensi Galatae, quis vos fascinavit?
- 4 Vivo autem, jam non ego: vivit vero in me Christus.
- 5 Filiali mei, quos iterum parturiō.
- 6 Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt.
- 7 Si præoccupatus fuerit homo in aliquo dilecto.
- 8 Invicem onera vestra portate.
- 9 Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

## INCIPIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM B. PAULI  
APOSTOLI AD GALATAS.

## CAPUT I.

*Gal. 1. b Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non esset.*

*Quomodo Rectores boni fludere non debant ut hominibus trahant: non ut se amari desiderent, sed ut dilectione placeant, Cura Paſſ. par. 2. c. 8. circa fin.*

**S**CENDUM est, quod non oportet, ut rectores boni placere hominibus appetant, sed ut estimationis suae dulcedine proximos in affectum veritatis trahant: non ut se amari desiderent, sed ut dilectione placeant, nem suam, quasi quandam viam faciant, per quam corda auditantium ad amorem Conditoris introducant. Difficile quippe est, ut quantumlibet recta denunciants predicatori, qui non diliguntur, libenter audiatur. Debet ergo qui praestet, studere se diligiri, quatenus possit audiri; & tamen corum amorem pro semetipso non querere, ne inveniatur ei, cui servire per officium cernitur, occulta cogitationis tyrannide resulteret. Quod bene Paulus insinuat, cum sui nobis studi occultata manifestat, dicens: *Si- cut & ego per omnia omnibus placebo. Qui tamen rur- fūs dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi ser- vus non esset.* Placet ergo Paulus, & non placet; quoniam in eo, quod placere appetit, non se, sed per se hominibus placere veritatem quererit.

## CAPUT II.

*Gal. 1. b Notum vobis facio Evangelium, &c.*

*De prophecia. Hom. 1. in Ezech. longe ante med.*

**A**liquando prophetæ spiritus ex præterito tangit animum, nec tangit ex futuro, sicut aperte ostenditur in Paulo Apostolo, quid discipulis dicit: *Notum vobis facio Evangelium, quod evangelizatum est à me: quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homini acceperim illud, neque didicis, sed per revelationem Iesu Christi.* Unde alius quoque discipulus dicit: *Secundum revelationem nostrum factum est mihi sacramentum.* Qui tamen hoc ipsum Evangelium, quod per revelationem cognoverat, cùm Hierosolymam predicaturus ascenderet, ait: *Ecce ego alligatus spirui, vado in Hierusalem: que in ea ventura sint mihi ignorans.* Hoc quippe Evangelij sacramentum est: quia Unigenitus Patris incarnatus est, atque perfectus homo factus est, qui crucifixus, mortuus, & sepultus, die tercia resurrexit: die quoque quadragesima ascendit in cælum, atque in dextera Patris sedet. Qui ergo per revelationem Evangelium agnoscit, prophetæ spiritu de præterito tacitus est: sed quia quid pro eodem Evangelio passurus erat, ignoravit, de futuro proculdubio tacitus non est. Nam sic dicit: *Nisi quod Spiritus san- guis per omnes civitates protestatus dicens: Quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manent.* Hinc aperte ostenditur, quia ea, quae ipsi ventura essent, alius de ipso revelatum est, non autem ipsi de se, sicut de illo per Agabum dicitur: *Virum, cuius haec zona est, ita alligari oportet in Hierusal- lem.*

*Ibidem.**Ag. 21.*

## CAPUT III.

*O infensi Galate.**Gal. 3. 4*

**M**entes asperæ, & impudentes, si leniter fuerint increpatæ, ad majores culpas ipsa lenitate provocantur. Unde Paulus prædictor egregius dentes. *Hom. 11. in Ezecl. circa missa, nulla locutionis dulcedine prærogata, eos, med. quis à fide discessisse cognovit, ab ipso epistolæ sua exordio inveniendo redarguit: nam præmissa salutazione sic coepit: Miror quid sic tam citio transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi. Quibus etiam in aperta increpatione post cetera subiungit: O infensi Galate, quis vos fascinavit? Mentes enim duræ nisi aperta escent increpatione percussæ, nullo modo cognoscerent malum, quod egissent. Nam sepe hi, qui impudentes sunt, tantum se peccasse non sentiunt, quantum de peccatis, quæ fecerint, non increpantur: ut minores culpas suas astiment, quas minor invectione castigat, & quas vehementer objurgari viderint, majores esse deprehendant. Unde necesse est, ut sermo semper prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari, ne aut verecundis aspera, aut impudentibus loquatur lenia.*

## CAPUT IV.

*Vivo autem, jam non ego, vivit verò in Gal. 2. 24 me Christus.*

**D**ominus dicit in Evangelio: *Si quis vult post De abne- gatione me venire, abneget semeipsum.* Ille semeipsum relinquat, & abnegat, qui quod fuit per vetustatem deserit, & vitat: & ad hoc nititur, quod Evangelium per novitatem vocatur: semeipsum abnegat, non procul à quia omnino non est in essentia, sed feliciter non est princeps in impiatia culpa. Ipse quidem est per naturam, sed non est ipse per malitiam. Pensamus quomodo se Paulus abnegaverat, qui dicebat: *Vivo ego, jam non ego.* Extinctu quippe fuerat sevus ille persecutor, & vivere cooperat pius prædicator. Si enim ipse esset, pius profectò non esset: sed qui se vivere abnegat, dicat unde est, quod sancta verba per doctrinam veritatis clamat. Protinus subdit: *Vivit verò in me Christus.* Ac si aperte dicat: Ego quidem à meipso sum extinctus, quia carnaliter non vivo: sed tamen essentialiter non sum mortuus, quoniam in Christo spiritualiter vivo.

## CAPUT V.

*Filioli mei, quos iterum parturio donec for- Gal. 4. 1 metur Christus in vobis.*

**S**icut cervæ, quæ incurvantur ad foetum, & pa- De con- rugiunt, & rugitus emittunt: sic prædictores sancti descendit, dum per incurvationem suam in convergatione lucis auditorum animas gignunt, quia eos ad auditum ab æternis suppliciis removere nisi flendo non pos- sunt. Nunc enim in lacrymis seminarunt, ut segetem *In exp. 8. lob. 1. 10. c.* postmodum gaudiorum metant: nunc quasi cervæ *circ. med.* in partus sunt dolore, ut spirituali prole postmodum sint secundi. Ut enim de multis unum loquar, video Paulum quasi quandam cervam in partu suo magni doloris rugitus emittentem, ait enim: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis: vellem apud vos esse modo, & mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Ecce mutare vult vocem in partu suo, ut sermo prædicationis in rugitu vertatur doloris. Mutare vult

Gal. 3.

vocem: quia quos jam prædicando pepererat, resfor-  
mando gemens iterum parturiebat. Qualem rugi-  
tum hæc cerva pariens emittebat, quando eisdem  
post se redeuntibus exclamare cogebatur, dicens: *O  
infenſati Galate, quis vos fascinavit, & cur ſic ſtitit  
eſis, ut cum ſpiritu caperitis, nunc carne conſumma-  
mini?* Vel certè: *Curebatis bene, quis vos impedit  
veritati non obediere?* Qualis in hujus cervæ parti  
rugitus fuit, qua diu conceptos filios cum tot diffi-  
cultantibus peperit, & quandoque parus ad utre-  
num malitia rediſſe cognovit? Consideremus quid  
doloris habuerit, quid laboris, quæ & postquam  
concepta potuit edere, rursum est compulsa, extin-  
cta ſulficata. Notandum verò ſummopere eft quid  
cervæ incurvantur, ut pariant: quia nimis ſtren-  
etetarent, parere non valent. Similiter prædi-  
catores sancti, niſi ab illa immenſitate contem-  
plationis interne, quam capiunt, ad infirmita-  
tem nostram humillimam prædicatione, quia quadam  
incurvazione deſcenderent, nunquam utique filios  
in fide procrearent. Nobis quippe prodeſſe non po-  
ſent, fi in ſue altitudinis erectione perſiſterent: ſed  
videamus cervam ſeſe ut pariat incurvantem: *Ego  
igitur non potui vobis loqui, quia ſpiritualibus, sed  
quasi carnalibus: tanquam puerulus in Christo, lac  
vobis potum dedi, non eſcam.* Atque mox ejudem  
incurvationis cauſas exequitur, dicens: *Nondum  
enim poteratis, ſed nec adhuc quidem potefiſi.* Sed  
hanc cervam, qua propter nos incurvata eft, quæſo  
videamus ereſtam. Ait: *Sapientiam loquimur inter  
perfectorum.* Et rurſum: *Sive mente excedimus, Deo.*  
Cùm verò mente excedit Deo, excessum ejus omni-  
nino non accepimus. Ut ergo nos luxretur, incur-  
vatur ad nos, unde illic aptè ſubjugit: *Sive ſobri-  
ſumus, vobis.*

## CAPUT VI.

Gal. 5. d

*Qui autem ſunt Christi, carnem ſuam  
cruciſixerunt.*

De ſimula-  
tione hy-  
poſitariū.  
*In exp. B.*  
*Iob. 8 c. 26*

**O**Mnis hypocrita corpus per abstinentiam affi-  
cit, ſed tamen per amorem gloria mundi vivit.  
Quod contrà beng per Paulum de electis dicitur: *Qui  
autem ſunt Christi, carnem ſuam cruciſixerunt cum vi-  
tia, & concupiſcentia.* Cum uitio quippe, & con-  
cupiſcentia carnem cruciſigimus, ſi ſic gulam re-  
ſtringimus, ut jam de mundi gloria nihil queramus.  
Nam qui corpus maccrat, ſed honoribus anhelat,  
crucem carni intulit, ſed mundo per concupiſcen-  
tiam vivit: quoniam & ſepe per ſanctitatis imagi-  
nem locum regiminis indignus aſſequitur, qui niſi  
aliquid in ſe virtutis oſtenderet, honorem nullum  
percipere mereretur. Sed tranſit quod delectabiliter  
obtinet: & pœnaliter quod ſequitur, manet.

## CAPUT VII.

Gal. 6. a

*Si preoccupatus fuerit homo in aliquo  
delicto.*

Demiferi-  
cordia in  
iudicio.  
*Cura pafſ.*  
*par. 2. c. 10.*  
*ante med.*

Gal. 6.

**C**Um non malitia, ſed ignorantia ſola, vel in-  
firmitate delinquitur, profecto neceſſe eft, ut  
magno moderamine, ipſius delicti correptione tem-  
peretur. Cuncti quippe quoque hac mortali carne  
ſubſiſtimus, noſtræ correptionis infirmitatibus ſub-  
jacemus. Ex ſe ergo debet quippe colligere, qualiter  
aliena hunc oporteat imbecillitatii mifereri, ne  
contra infirmitatem proximi, ſi ad increpatiōni vo-  
cem ferventius rapiatur, oblitus ſui eſſe videatur.  
Unde Paulus bene admonet, dicens: *Si preoccupa-  
tus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritualis*

*efſis, instruite hujusmodi in ſpiritu lenitatis: conſide-  
rans te ipſum ne & tu tentaris. Ac ſi aperte dicat:  
Cum diſplicet jam ex aliena infirmitate, quod con-  
ſpicis, penſa quid eſt: ut increpatiōni zelo ſe ſpi-  
ritus temperet, dum ſibi quoque quod increpat,  
timet.*

## CAPUT VIII.

*In invicem onera veſtra portate.*

Gal. 6. a

**S**icut in ædificio lapis lapidem portat: quia lapis De ædifi-  
cione ponitur, & qui portat alterum, cito chari-  
portatur ab altero: ſic in ſancta Ecclesia unusquis-  
catur per que portat alterum, & portatur ab altero. Nam compaſſio-  
nem con-  
vicſum ſe proximi tolerant, ut per eos ædificium ſtruendo-  
charitatis ſurgat. Hinc etenim Paulus admonet, di-  
*In exp. B.*  
*Iob. 1. 10. c.*  
*bis legem Christi.* Quid lex horum loco accipi niſi *19. 19. Hom.*  
charitas debet, per quam ſemper in mente legitur,  
*1. in Ezecl.*  
præcepta vita qualiter in actione teneantur? Lex *Cura pafſ.*  
quippe Christi charitas eft: quia ille nobis & largiter *par. 3. c. 12. 8.*  
procul à ſua bona contulit, & aequanimiter mala noſtra por-  
*fin & longe*  
tavit. Tunc ergo legem Christi imitando comple-  
munt, quando & noſtra benignè conferimus, & noſtrorum malā piè ſuſtinemus, fraterna onera ex a-  
more tolerantes. Hujus legis virtutem Paulus ite-  
rum denuncians, ait: *Plenitudo legis charitas.* Si *Rom. 13.*  
enim ego vos portare negligo in moribus vestris, &  
vos tolerare me contemnit in moribus meis; chari-  
tatis inter vos unde ædificium ſurgit, quos vicaria  
dilectione per patientiam non coniungit? Nunc ita-  
que alij portantur à vobis, nos verò portati ſumus  
ab aliis. Illi verò, qui in fine Ecclesiæ, id eft, in ex-  
tremitate mundi, naſciuntur ſunt, tolerantur quidem  
à majoribus, ut eorum mores ad bona merita com-  
ponantur: ſed cum non eos sequuntur, qui per illos  
proficiant, nullus ſuper ſe fideliſ fabrica jam la-  
pides portant. Omne autem pondus fabricæ funda-  
mentum portat: quia mores ſimul omnium ſolus  
Redemptor noſter tolerat, de quo Paulus ait: *Fundamen-  
tum aliud nemo poteſt ponere, praeter id, quod 1. Cor. 3. 5*  
*poſitum eft: quod eft Christus Iesuſ.* Redemptor ita-  
que omnia noſtra tolerat, ſed in ipſo malum non  
fuit, quod debuſſet tolerari: & culpas veſtras ſolus *Iai. 1. 2.*  
ille ſuſtinet, qui totam ſanctæ Ecclesiæ ſue fabri-  
cam portat: qui per Prophetam vocem de perverso  
adhuc viventibus dicit: *Laboravi ſuſtinenſ.*

## CAPUT IX.

*Mihi mundus crucifixus eft, & ego  
mundo.* Gal. 6. a

**E**Lecti Dei mori mundo funditus concupiſcent, De perfe-  
cuto ſicut in ſeculo ipſi nihil appetunt, ita jam à etate mortiſ-  
ſeculo nulla obligatione teneantur. Et plerumque catione  
contingit, ut jam homo mundum mente non tenat, *In exp. B.*  
ſanctorum ſed tamē mundus hominem occupationibus aſtrin-*Iob. 1. 5. c. 3.*  
gat: & ipſe quidem mundo jam mortuus eft, ſed ipſi non procul  
mundus adhuc mortuus non eft. Quia enim vivus a principe  
adhuc mundus eum concupiſcit, dum alio inten-  
tum in ſuis actibus rapere contendit. Unde bene  
Paulus cum & ipſe ſeculum perfeccio deficeret, &  
talenti ſe factum videret, quod jam hoc ſeculum  
omnino concupiſcere non poſſet, vuptis hujus vitæ  
vinculis liber dicit: *Mihi mundus crucifixus eft, &  
ego mundo.* Mundus quippe ei crucifixus fuerat:  
quia hunc cordiſu jam mortuum non amabat, ſed  
& ſeipſum crucifierat; quia talem ſe ei exhibere  
ſtuduit, ut ab eo quaſi mortuus concupiſci non  
poſſet. Paulus ergo, qui ſe totum huic mundo mor-  
tuum eſſe perhibebat, non ſufficit, ut diceret: *Mun-  
dus*

Ttt iii

*do crucifixus sum: nū etiam p̄mitteret: M̄hi mundus crucifixus eſt, ut non tantummodo mortuum, sed etiam mundū sibi mortuum esse restaret: quatenus nec ipse mundū, nec ipsum jam mundus appeteret. Si enim duo fortasse in uno sint, quorum unius vivus, alter verò sit mortuus, et si mortuus vivum non videt, vivus tamen mortuum videt: si verò utroque sint mortui, alter alterum nequaquam videt. Ita qui jam mundum non amat, sed tamen ab illo, vel non volens amat, et si ipse velut mortuus mundum non videt, hunc tamen mundus adhuc non mortuus videt. Si verò nec ipse mundum in amore retinet, nec rursum à mundi amore retinetur, sibi vicissim utriusque sunt extinti: quia dum alter non appetit quasi mortuus, mortuum non attendit. Quoniam igitur Paulus nec mundi gloria quārebat, nec à mundi gloria ipse quārebat, & le mundo, & mundū sibi crucifixum esse gloriatur. Ut enim ostenderet, quia per abjectionem, qua se humiliando dejecerat, talis jam factus esset; ut nec ipse mundum, nec mundus ipsum concupisceret, non solum ait se mundo crucifixum, ut mundi gloriam, quam appetere ipse, tanquam mortuus non videtur, sed etiam sibi mundum afferuit crucifixum: in quo se tanta humilitate dejecerat, ut & ipse mundus tanquam mortuus, Paulum humilem atque despectum jam videre nequaquam posset.*

*Finis Expositionis super Epistolam ad Galatas.*

## INCIPIVNT CAPITVL A

DE EPISTOLA BEATI PAULI  
APOSTOLI AD EPHESIOS.

- 1 *Proposuit instaurare omnia in Christo.*
- 2 *Supra omnem principatum et potestatem.*
- 3 *Confedere nos fecit in celestibus.*
- 4 *Gratia estis salvati per fidem.*
- 5 *Ne deficiatis in tribulationibus meis.*
- 6 *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis.*
- 7 *Solliciti servare unitatem spiritus.*
- 8 *Renovamini spiritu mentis vestrae.*
- 9 *Omnis amaritudo, et ira tollatur à vobis;*
- 10 *Non circumferamur omni vento doctrina.*
- 11 *Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam.*
- 12 *Viridi diligite uxores vestras.*
- 13 *Omne quod arguitur, à lumine manifestatur.*
- 14 *Reditentes tempus, quoniam dies mali sunt.*

## INCIPIT EXPOSITIO

SUPER EPISTOLAM B. PAULI  
APOSTOLI AD EPHESIOS.

### CAPUT I.

*Proposuit instaurare omnia in Christo.*

*Ephes. I. 6*

De restauracione Angelorum qui de celo deciduntur. *In expos. B. eorum cecidit, pars remansit. Qui integri quidem*



*ORTISSIMI Angelorum choi, qui quamvis non integri, sed tamen in proprio statu fixi, cadenti cum suis angelis diabolo, remanserunt, prærupti, & imminuti possunt dici: quia pars*

Astant per qualitatem meriti, sed per numeri quantitatē prærupti, & imminuti. Hanc præruptionem restituere Mediator venit, ut redemptio humano generē, illa angelica damna sarciret, & mensuram celestis patriæ locupletiū fortasse cumularet. Propter hanc præruptionem de Patre dicitur: *Proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in celis, & quæ in terra sunt, in ipso.* In ipso quippe restaurantur ea quæ in terra sunt, dum peccatores ad justitiam convertuntur. In ipso restaurantur ea, quæ in celis sunt, dum illuc homines humiliati redeunt, ubi apostata Angeli superbiendo ceciderunt.

B

### CAPUT II.

*Pater suscitavit Christum à mortuis, constitutus ad dexteram suam in celestibus supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem.*

**A**nglorum, & hominum naturam ad cognoscendū se Dominus condidit: quam dum ad ma descrip- tione aeternitatem confidere voluit, eam proculdubio ad angelicam similitudinem creavit. Novem verò sunt ordinis Angelorum, sed ut completeretur electorum numerus, homo decimus est cratus. Ipse quidem homo conditus ad imaginem Dei fuit, sed à similitudine sui Conditoris peccando recessit: qui tamen nec post culpam perit, quoniam aeterna Deis sapientia in humanitate apparuit, & per carnem miraculis coruscans illum reparavit. Novem verò ordines Angelorum esse inveniuntur. Unde & ipsi Angelo, qui primus est conditus, per Prophetam dicitur:

*Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decor, in delictis Paradisi Dei fuisti. Ubi notandum quid non ad similitudinem Dei factus, sed signaculum similitudinis dicitur: ut quid in eo subtilior est natura, eō in illo imago Dei subtilius insinuat expresa. Quo in loco mox subditur: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, torpazius, & jaspis, chrysolitus, onyx, & berylius, sapphirus, carbunculus, & smaragdus. Ecce novem dicit nomina lapidum: quia profecto novem sunt ordinis Angelorum. Quibus nimirum ordinibus ille*

**D**ecoratus Angelus ideo ornatus & opertus exitit: quia dum cunctis agminibus Angelorum prælatus est, ex eorum comparatione clarior fuit. Sacro igitur testante eloquio, scimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim. Est namque Angelos, & Archangelos penè omnes eloquij sacræ paginæ testantur. Cherubim verò atque Seraphim sapientia nonum est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apostolus in *Ephes. I.* hac Epistola ad Ephesios enumerat, dicens: *Supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem.* De Thronis autem scribit ad Colossenses. Sciendum est autem quid Angelorumocabulum nomen est offici, non natura. Nam sancti illi celestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus, sed semper vocari Angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciantur. Graeca enim lingua Angeli, nuncij, Archangeli verò summi nuncij vocantur. Hi enim, qui minima nunciant, Angeli: qui verò summa annunciant, Archangeli vocantur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum spiritus, per quos signa & miracula frequentius sunt. Potestates etiam vocantur, qui hoc potentius esteris in suo ordine perceperunt: ut eorum ditioni virtutes adversæ subjectæ sint, quorum potestate refranantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt. Principatus etiam vocantur, qui ipsis quoque

*Coloff. 1.*